

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5448

Auteur(s) : Hugues de Morville, Coutances (évêque)

Bénéficiaire(s) : Coutances (chapitre cathédral)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1235, 16 août

Lieu d'émission : Coutances

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Hugues [de Morville], évêque de Coutances, donne au chapitre toutes les noales du diocèse et les oblations de l'église cathédrale. En échange, les chanoines devront prendre en charge à sa place toutes les charges ordinaires de la cathédrale : l'approvisionnement en cire, en encens et en vin de messe, le paiement des cousteurs, l'entretien des cloches, des tissus, des serrures et des livres.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta ecclesiae Constantiensis, n° XXXIV, col. 259.
- b. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 241, p. 373-374.

Texte établi d'après b

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, Hugo, Dei gratia Constantiensis ecclesie minister humilis, eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod nos, qui ad honorem Dei et beate Marie Virginis divinum officium in nostra Constantiensi ecclesia cupimus propensius augmentare, pensata ejusdem ecclesie utilitate et necessitate, dedimus et concessimus eidem ecclesie Constantiensi omnes decimas omnium novalium que sunt vel future sunt in quacumque parte dyocesis nostre extra metas cujuslibet parrochie ad opus communie Constantiensis in usus canonicorum ibidem Deo servientium convertendas et insuper dedimus eidem communie quidquid percipiebamus in oblationibus in majori altari ejusdem ecclesie. Debet autem capitulum nostrum de bonis communibus dicte ecclesie honera quedam que ad nos et successores nostros pertinebant in dicta ecclesia sustinere, hec scilicet in luminari de cera eidem ecclesie providere, incensum ministrare, custodibus ecclesie salarium constituere, ita tamen quod illud quod dictis custodibus antiquitus prestabamus adhuc nos et successores nostri, prestabimus in futurum. Item tenetur capitulum predictum ad minutas reparaciones circa campanas, videlicet in cordis et corio et unctura et flagellis et batillis renovandis, item mundare ecclesiam, facere pannos lineos lavari et eosdem et sericos resuere, claves et seras omnes ecclesie facere, et cathenas thuribulorum reficere, vinum ad missas invenire, natas emere, libros religare et rotulos qui deferuntur per cathedrales ecclesias pro commemoratione abbatum defunctorum et hujusmodi personarum facienda pagare. [Hec autem acta sunt] in capitulo nostro generali, dicto capitulo consentiente et sigillum suum cum sigillo nostro huic scripto apponente. In crastino Assumptionis beate Marie, anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo quinto.